os ex discipulis suis dicens ite in castellum quod e contra uos
est & inuenietis pullum asine alligatum super quem nullus
hominum sedit soluite & adducite mihi si quis uos interroga-
uerit dicite opus domini est soluentes adduxerunt ad ihesum
& inposuerunt sibi uestimenta & sedit super eum alii
expandebant uestimenta sua in uia alii ramos de arbori-
bus externebant & qui sequebantur clamabant osanna
benedictus qui uenit in nomine domini benedictum
regnum patris nostri dauid osanna in excelsis miserere
nobis fili dauid

A. Colle- ge- runt pontifices & pharisei concilium &
dixerunt quid facimus quia hic homo multa signa fa-
cit si dimittimus eum sic omnes credent in eum ne for-
te ueni- ant romani & tollant nostrum locum &
gen- tem eum dicentes. Ne for

V. Unus autem ex ipsis caiphas nomine cum esset pontifex
anni illius prophetauit dicens expedit uobis ut unus
moriatur homo pro populo & non tota gens pereat
Ab illo ergo die cogitauerunt interficere

A. Cum audisset populus quia ihesus uenit hierosoli-